

)(2^v

ftolo Paulo dictum fit: DEVM tà
propè effe, vs fermè manibus palpari, &
contrectari poffit.

Nam certum eft, etiam illis Cre-
aturis, quæ rationis expertes funt, fuas
cuiq; dotes effe attributas, fuas plantis,
herbis, gemmis & lapidibus vires infu-
fas, atq; infitas, vt fine multarum virtu-
tum imagines, & vitæ, atq; incolumi-
tati hominis infignes afferant vtilita-
res. Et ne multa hinc indè colligam
Exempla, ad Cœli, Corporumq; cœ-
leftium, contutum faltem referamus
mentem, & oculos, Solemq; cum cæ-
teris Stellis intueamur, in quibus maxi-
marnm rerum lugent miracula.

Vt enim jam nihil dicam de illo-
tum Corporum virtute, motu, & lu-
mine, quæ tamen & ipfa non parum
admirationis, & efficacix habent, quis
nescit in Sole viuam, atq; expreffiffi-
mam prudentix, atq; fedulitatis imagi-
nem propofitam nobis effe? Nam Sol
Dux, & Moderator cœleftis chori nun-
quàm egreditur eclipticam, & conuer-
fiones

)(3^r

fiones facit exactiffimas, ac conftantiffimas, affidua & inæftimabili primi mobilis rapacitate deferibit nobis ſpatia Dierum & Noctium, ſuo motu efficie quadripartitas Anni vices, & tempora, & quemadmodum in ſummo faltigio cunctantius incedit, ita in imo cardine reditum accelerat.

Monet nos igitur, ne extro metas officij erum pamus, ſed labores vocati oni competentes faciamus ſedulo, atq; conftanter, communes vtilitates in medium afferamus, & t quantò ſuperiores ſumus, tantò ſubmiſſius nos geramus.

Luna in temperandis humoribus ſuum exercet imperium, & lumen à Sole acceptum Terris regerit atq; diſpenſar, verebus naſcentibus ſuccum, & alimoniam ſuppeditare, & ceu fideliffima Materfamilias penum curet, ac familiam alat.

Stellæ motu ſuo Solem tanquam Regem ſuum obſeruant, & modo abentem comitantur, modò abſentem

)(3 ludent

)(3^v

lugent, modò redeuntem quali læta gratulatione cum reuerentia excipiunt. In his omnibus luminum cœlestium spectaculis videmus euidentissima signa bonitatis, & sapientiæ DEI erga homines. Sed & in ipsa societate hominum voluit DEVS conspici ideam suæ præsentia, & gubernationis. Nam inter homines quosdam præ cæteris auctoritate, maiestate, virtute, & potentia armavit, atq; ornauit, eosq; suo loco constituit quasi visibiles Deos, quos iubet alij præesse, & iustitiam, clementiam, ac bonitatem sui Numinis in Terra imitari. Quosdam autem illorum Imperio submitit, præsidio commendauit, curæ credidit, vt mutuis officijs deuincti inter se homines vitam tueantur, atq; conferant. In hoc augustissimo eminentiæ ac potentiæ fastigio etiam voluit Cellitudines, Principes Illusterrimi, DEVS collocauit, & summa virtute, auctoritate, opibus & honoribus exornauit, atq; instruxit, vt ad Reipublicæ gubernacula sedent, & Ecclesiam, ac literarum studia suo patrocinio foueant, ac promoveant.

Cum

)(4^r

Cum igitur edorentur hi Commentarioli in Epistolas Ciceronis, quos Pater meus (piæ memoriæ) pio studio, & labore, in vsum scholasticæluentutis collegit, vifum est mihi eos vestris Cellitudinibus consecrare, à quatum splendore lumen mutentur, & auctoritatem sibi concilient. In ea enim sum sententia, hoc beneficij genus à nomine felicius, quàm à vestris Illustri-
 mis Cellitudinibus expectari posse. Nam partim famo, atq; auditione accepi, partim etiam ipse præfens hisce meis oculis vidi, vestras Cellitudines singulari inclinatione, studio, atq; impetu in optimorum Autorum scriptis versari. Intes cætera autem præclara vestra studia mihi hoc familiam quasi ducere videtur, quod Illust: vest: Cellitud: Ciceronem eloquentiæ Parentem, & certissimum Ducem sequuntur, & apicularum in modum fragrantissimos inde flosculos, ac lepores excerpunt, illiusq; dicendi neruos in dicendo exprimere student. Intelligunt vestræ Cellitudines, quod in Principe Viro nihil majus, aut præstabilius sit eloquentia, quæ lo-
)(4 quens

)(4^v

quens est sapientia. Et quantum ad salutem Ecclesiæ, ac Reipublicæ interfit Principes sapientia, & eloquentia præ cæteris instructos esse, ex Antithesi docet Salomon, cum inquit: Væ Terræ, cujus Rex νημος est, aut puer. Significauit hoc etiam Homerus Poëtarum Princeps, cum Principes & Imperatores voluit esse Μυθωμσπυρας, ηας ωςκκτυρας εργωμ.

Submissè igitur vest: Cellitud: oro,
 Vt hoc vile munusculum clementer suscipiatis, & hanc animi, & studij mei significationem benignè annuatis. DEVS optimus maximus vestras Cellitudines cum Illusterrimis Parentibus, fratribus, & tota inclyta domo Brandeburgica diu saluas, & incolumes benignè ad gloriam Numinis sui, & Ecclesiæ salutem conferuet. Ex Academiæ Ienenfi 4. Idus Februarii, Anni 1597. Quo Die ante Annos 127. Fridericus II. Marchio Brandeburgensis Elector, Friderici I. Filii in CHRISTO piè obiit.

Vest: Cellitud:
 Subditissimus,
 Gabriel Riccius

